

contemplatur. Consequens ergo erat, ut peccus alis non involveretur; ibi enim consistit cor, ubi ignitus residet amor. Pedes, & caput abdi, ac ab hominum conspectu removeri poterunt: at ubi amor commoratur, abdimenta semover, & in publicum patenter prodit. Quod eleganter dixit D. Cyrillus de incarnatione: Omnis animi affectus dissimulari patiens est, amor vero impatiens.

Cyroll.

QUESTIO VIII.

Quare Nicodemus, cum venerit nocte, ac occulte, a Christo non reprehendatur?

37. Neodemus reprehensione maxime dignus, eo quod sub caligine noctis clam veniret ad Christum Dominum verum lumen, cum non fuerit ausus ob metum Judaeorum palam ad ipsum accedere, sitque maxime execrabile, quod noster amor in Deum, & mundum diviuatur. Et ita dicitur Apoc. 3. n. 16. Vinam calidam, aut frigidam es; attamen reprehensione omiffa, a Christo amicaliter, benigneque recipitur. Cur non objurgatur, ac reprehenditur? Hujus rei rationes inquirimus.

38. Respondet primò D. Chryostomus homil. 23. Clementissimus Deus, neque tam frigidum affectum pepulit, neque objurgavit, neque indignum sua dixit doctrina sed multa cum mansuetudine eum alloquitur, & arcana aperit, obscure quidem, aperit tamen: quippe quem longe magis venia dignum existimavit, quam qui malitia percontabantur, illi enim nullo pacto poterant excusari; hic etsi reprehensi non tanta tamen erat obnoxius. Nocte venit Nicodemus, a Domino tamen amicaliter recipitur, quia non malitia, ac contemptu ut alii Phariseorum Principes percontabantur, sed ex quadam veluti ignorantia, ac ignavia ita clam accedit & delicta, ex ignorantia facta, venia valde digna, sicut magno multanda supplicio, quae ex malitia maloque perpetrantur affectu. Ait Dominus Luc. 12. num. 47. Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, & non preparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis, qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Ignorantia enim a magno excusatur supplicio; ut ibi notant D. Ambrosius, D. Bonaventura, & alij.

Delicta ex ignorantia, venia digna.

Luc. 12.

Ambros. Bonavent.

39. Rupert.

Fides tenera benigne fovenda.

Isai. 42.

Hieron.

Secundò Rupertus, lib. 3. Ignoscendum est illi, & expectanda ejus lactens, & edemula fides, donec crescat, & proficiat. Erat enim Nicodemi fides valde debilis, venerat namque ex Pharisaeis eratque tenera, valde, ac infantula, ideo favorabiliter irriganda, donec crederet, ac proficeret. Ideo rigorosis eum non increpat verbis, ne forte asperere objurgatus a via salutis desistat, ac retrocedat. Calamum quassatum, non conteres: & limum fumigans non extinguet, Isai 42. num. 1. In cujus explicationem ita loquitur Divus Hieronymus: Calamum quassatum, sive confractum, non conteret, cunctis enim placabilis erit: & veniam dabit peccatoribus, dicens: Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua. Et limum fumigans non extinguet: qui vicini erant extinctioni, Domini clementia servabatur.

Tertio Divus Ambrosius in cap. 23. Luc. ad illa verba: Ecce vir nomine Joseph, qui erat decurio; ita ait sanctus Pater. Veni & tu, vel sero, vel nocte, vel quacunque hora: quandocunque veneris, invenies Jesum ad suscipiendum paratum, nec minorem serius venientibus mercedem pia largitio solventem. Nam & qui sexta hora venit, non est mercede fraudatus: & qui undecima, plenitudinem mercedis accepit. Sed etiam Nicodemus nocte venit. Non reprehenditur, quia etsi nocte, tamen ad Deum venit, in eo enim totum stat nostrae salutis negotium, quod ad Deum appropinquemus; nam si, quominus ad Deum accedamus, aliquo humano respectu, & peccatorum onere retardamur, hujusmodi cogitationem deponamus, & tantum abest, quod damnum aliquod, aut erubescendum patiamur, ut potius ad eum accedentes bonum omne inveniamus. Psalm. 33. num. 6. Accedite ad Deum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur; seu, ut legit Divus Augustinus, & vultus vestri non erubescunt. Si aliquis vos detinet peccatorum timor vel patendi verecundia, ne ad Deum appropinquemini; accedite, & non verecundiam, verum illuminationem potius invenietis, & gloriam: hoc tantum interest, ut veniatis, non enim repulsam patiemini. Divus Augustinus: Sed dicit aliquis: Quomodo ad Deum accedo? tantis malis, tantis peccatis oneratus sum, tanta scelera clamant de conscientia mea; quomodo audeo accedere ad Deum? Accede ergo ad eum, & illuminaberis, & vultus tuus non erubescet. Si enim timor erubescendi revocat te a poenitentia, poenitentia autem fecit te accedere ad Deum.

40.

In accessu ad Deum, non verecundiam, sed omne bonum.

Psalm. 33.

Idem.

41.

Psalm. 75.

Psalm. 75.

42.

Quartò, Christus Dominus summa sapientia Patris Nicodemum nocte, & clam venientem non solum absque reprehensione, sed valde amicaliter recipit, atque ad se admittit, quia eo tempore homines in republica illa Christo Domino non solum propitii non erant, verum maxime adversabantur: cum autem quis in eo eventum constituitur, ut omnibus invisus, odiosusque sit, quocunque modo ei aliquis associetur, ac conjungatur, hoc ei valde festivum est, ac perjurandum. Sicut enim ille, in quo omnibus est voluptas levi offenditur aura, ita & qui ab omnibus contemnitur, quocunque te delectatur, inquit Regius Vates ad Christum Dominum: Reliquia cogitationis diem festum agent tibi. Psalm. 75. n. 2. Mirum valde hujusmodi pronuntiatum: nam omnes nostrae cogitationes, sensus, & operationes in obsequium Christi Domini defixae, intentione esse debent: quomodo ergo ait Psalmographus, quod reliquiae cogitationis, seu quaedam parva, & minima cogitatio solemne ei peragit festum? Versabatur in hoc mundo Christus Dominus valde abjectus, & contemptus apud homines, ita ut omnes ab eo oculos, cogitationesque averterent: qui ergo in famulatum ejus aliquem intendebat cogitatum, magnam ei solennitatem videbatur impendere. Antonius Guervara Ordinis Franciscani, in prologo ad Oratorium Religiosum: Adeo, ait, Deus noster est, ac tam paucis contentus, ut festum agatur ei reliquiis ipsis bonorum desideriorum.

Ambros. Genes. 30. Abulc. Matth. 27.

illam ingrederetur, quae postquam concepit, & peperit, ait Raphael: Comparavi me Deum cum sorore mea, & invalui, Genes. 30. num. 8. seu, ut alij legunt, excellui, seu vici eam. Sed quomodo Rachel, cum ex famula unum, vel alterum habeat filium contra sororem ex proprio utero quatuor habentem tam arroganter loquitur: Rachel sterilitatis laborans opprobriis maxime erat humiliata, proindeque cum filium, licet ex ancilla, nomine suo habuerit, quamvis unus, vel alter esset, ita ab ea appetiatur, licet exstimationeque erat, ut sibi perluaderet, sororem quaternis natis editis superatam a se esse, atque devotam. Abulcensis: Et invalui, inquit, facta sum in majore statu, quam ipsa: ante enim quam Rachel ex ancilla sua susciperet aliquem filium, timebat se inferiorem sorore sua fieri; nunc dicit; se invaluisse contra sororem, quia jam majoris reputationis habebatur apud virum, quam soror sua.

Genes. 30.

Abulc.

43.

44.

Justi de aliis magna dicunt, sed a tacent.

Matth. 27.

QUESTIO IX.

Quare, cum multi in populo sinistram de Christo Domino opinionem haberent, Nicodemus tamen, veluti de omnibus, ait: Scimus quia a Deo venisti magister.

Valde notatu dignum, cum multi in populo suadente Dæmone, pravè de Christo Domino judicarent, ita ut multi maligno spiritu decerent, atque assererent; Dæmonium habere; ac in Beelzebuth ejicere dæmonia, quomodo Nicodemus tanquam de omnibus dicat: Scimus, quia a Deo venisti Magister. Nec dubium solvitur, si dicatur, quod hoc erat in exordio prædicationis Christi, & quod tunc Judaeorum Principes Christum Dominum in magno odio non habebant; Hoc dici non potest, quia jam pro tali tempore republicae magnates maxime Christo Domino adversabantur; & ideo Nicodemus propter meritum Judaeorum venit ad Jesum nocte.

Respondeo primò. Quamvis in republica Judaica extarent multi: multa de Christo Domino indignè sentientes, dabantur tamen aliqui, non solum ex discipulis, sed etiam ex Pharisaeis, qui recte judicabant. Joan. 12. num. 42. Nicodemus autem, cum ad viam perfectionis appropinquaret, justorum ingenium jam ebiberat, quod maxime assoluitum est, in alienis rebus, speciosa, & magna dicere ac considerare; noxia, & turpia dissimulare ac omittere; elegantia divulgare; foeda verò obnubilare. Et ita ait Scimus, quia a Deo venisti magister; ante oculos habens non pravam sententiam eorum, qui temere de Christo loquebantur, sed, optimum placitum eorum, qui convenienter judicabant. Mortuo Domino suscitantur multa corpora Sanctorum, de quibus ait S. Mattheus c. 27. num. 53. Et exsurgentes de monumentis post resurrectionem ejus venerunt in sanctam civitatem. Maxime dubitant Authores, quo fundamento divinis Evangelista sanctam appeller civitatem, omni vitio, & abominatione plenam in qua regnabat iniquitas, dominabatur malitia? Cum D. Mattheus civitatem detestandam omnino nefario sacrilegio immerfam, ob inhabitantium

malitiam aliquo turpi nollet deventrare vocabulo; attendit, non ad conferam vitiorum manum, quae imperabat in ea, sed ad antiquum Deo gratum, quo olim floruit, statum, vel ad templum Deo dicatum, quo maxime erat illustris, ut ab his nomen sanctum illi daret. Hoc non subterfugit D. Paschasius lib. 2. in Matth. At verò ista, inquit, venerunt in sanctam civitatem, scilicet Jerusalem illam, & appaerunt multis. Sancta autem ideo vocatur, vel propter templum, quod erat in ea, seu propter sancta sanctorum: vel ideo, quia prius sancta fuerat, & adhuc ex antiquo jure ita vocabatur vocabulo.

Paschas.

Secundò, Nicodemus in animo non habebat ut aliorum crederet decrements, aliorum exiguitate magnus fieret, ideo veluti de omnibus loquens ait: Scimus, quia a Deo venisti Magister; non enim intendebat aliorum aperite malitiam, ut suam rectitudinem ostentaret, cavebat, aliorum detegere nuditatem, ut suam gloriosam iudicii supellectilem propalaret; quippe Nicodemus ex eorum numero non erat, qui sibi persuadent: tunc aliquid ad augmentum adei, cum aliis detrahunt. Multa sibi apud civitatis contigisse custodes, narrat sponsa quomodo multis impostis plagis vulneraverint eam, ejusque abstulerint pallium, & statim suis sodalibus contextens ait: Adjuro vos filia Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuntiatis ei, quia amore languo. Cantic. 5. num. 8. Valde mirum, quod sponsa tantum suum amorem in medium proferat. Eximia, flagransque ejus erga sponsum charitas absque dubio maxime commendabatur, dum pro fructu praesentia ejus tot, tantaque perpeti non designatur. Cur ergo non plagas, injurias, contumeliasque commemorat, sed tantum nuntiarium suum mandat amorem? Quoniam sponsa magnanimitas, ac charitas, non aliorum turpe factis fulcitur, nec aliena grandescit exiguitate, sed propriis gestis valde procerâ incrementatur, neque ejus gloria aliorum decrements alitur, ad angelicit. Ideo non aliorum pusillitatem, sed speciosam suam inculcat dilectionem. Audiendus est Gihbert. festm. 46. in Cantic. Desino, inquit, in sanctis magis numerare decrements, quam lucra. Noli foris nuntiare, noli predicare sodalibus tuis. Temerarium est, dilectum condemnare dilecto, bona sibi vult nuntiare; condemnationi potius aures praebere. Novit haec sponsa, ideo dicit adjuro vos si inveneritis dilectum, ut annuntietis ei, quia amore languo.

45.

Magnus non intendit aliorum dicere decrements, ut suam gloriosam ostendat.

Cantic. 5.

Gihbert.

46.

Exod. 3.

Greg. Naz.

Germ. Arch.

Bernard.

Greg. Mag.

Solius est Dei splendor, esse sine alterius dimini.

